

quidem tanta est excellentia, ut vim habeat non solum salvandi eos, qui actus interioris virtutis sunt capaces, sed etiam qui sunt capaces solum exterioris operis mortis, & hoc ex speciali privilegio propter physicam, & realem conformitatem, quam habet cum passionibus, & morte Christi, quod ex illa universali promissione a Christo facta deducitur, quae confessus fuerit, quae etiam ad infantes extenditur ex communi sensu Ecclesiae, & Patrum; licet enim infantes Christum nequeat ore confiteri, saltem opere ipsius mortis confiteri possunt, iuxta illud, non loquendo, sed moriendo confessi sunt; quamvis ergo infantes quoad actum virtutis interni non sint martyrii capaces, sunt tamen capaces quoad actum externum mortis. Ad Confirmationem patet per idem, quia licet in infantibus esse nequeat fides, & confessio cordis, & oris, potest tamen esse mortis, & operis, quia ratione de Innocentibus dicitur; quod non loquendo, sed moriendo confessi sunt; & quidem ad baptismum non minus fides, & confessio requiritur, quam ad martyrium, ubi defensus etatis, & impossibilitas non excusat, juxta illud Matthaei, qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit, unde Aug. lib. 4. contra Donatistas cap. 24. utriusque necessitatem ostendit; et infantes, & ad fidei cordis, & a confessione oris excusat ab defectu etatis, pro quibus alii proinde sponte, & respondent in baptismo, sed in martyrio aut, eorum sanguinem, & mortem substituit confessioni oris, & fidei cordis, unde dicitur, non loquendo, sed moriendo Christum confiteri. Ad ultimum per illam regulam generalem insinuat ab soluta necessitate baptismi flammis, quando adest possibilitas; at tamen non excluditur in aliquo casu speciale privilegium baptismi sanguinis, seu martyrii per illa Christi verba publicati, quae confessus fuerit, quae quidem confessio non tantum verbo fieri potest, sed etiam facta, & opere, & ideo non tantum in adultis, sed etiam in infantibus potest locum habere.

214. Per se an baptismus infantium alio adhuc modo praeter martyrium suppleri possit. Cajet. 3. p. q. 68. art. 2. & art. 11. dixit, in necessitate suppleri adhuc per fidem parentum infantibus applicata per signum Crucis cum invocatione Trinitatis, & hoc etiam modo succurrit posse infantibus in utero Matris existentibus. Communitatem tamen docet tam Patrum, quam Conciliorum, & Scholasticorum sententia, excepto a martyrio, non dari aliud remedium pro parvulis, suppleri vero baptismi in casu impotentiae, adeo ut Cajetani opinio omnia est iuxta Pii V. in Commentariis Romae impressis, & facile deducitur ex illis, quae in Scriptura habentur de necessitate baptismi, ut Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. quae est regula generalis quoad omnes, quibus baptismus in re, vel in voto, aut certe aequivalens, aut baptismus sanguinis; aut flammis applicari nequit, eamque perpetuo supponit Augustinus contra Pelagianos, & praesertim de bono perseverantiae cap. 12. ostendit, hoc verum, & deinde Trident. sess. 3. docet, excepto casu martyrii, non posse parvulis subveniri, nisi per meritum Christi applicatum per baptismum, & idem habet sess. 6. c. 4.

Sed dices, fides non fuit majoris efficaciae in veteri testamento, quam in novo, sed in veteri testamento sufficiebat fides parentum applicata parvulis per aliquod signum externum; ergo etiam hoc in novo sufficit. R. respond. fidem parentum applicatam parvulis in veteri testamento sufficiebat ad salutem, non tam ratione fidei, quam ratione sacramenti; sola enim fides sine externo sacramento sufficere non poterat, unde sacramentum erat causa justificationis, fides autem parentum se habebat per modum dispositionis; unde sicut in veteri testamento sufficiebat sacramentum fidei, etiam & modo sufficit, hoc solum interest, quod sacramentum fidei non fuerit tunc determinatum ad certum figuram externam pro omnibus utriusque sexus, praesertim in lege naturae, nunc autem determinatum est ablationem aequae cum certis verbis. Unde quia in lege naturae sacramentum originalis culpe deletivum fuit exterior, si dei protestatio a parentibus facta ut notat Doct. d. 1. q. 7. ideo semper parvulis proderat, quod si haec facere non possent, quia multum ignorantes illam, ideo internam fidem pro parvulis applicasset, nisi tamen eis prodesse poterat, sed sine remedio remanisset, & sic etiam de Circumcisione dicendum.

215. Dices, si quis votum baptismi sufficit adultis, ergo eum infantes sint propterea voti incapaces, saltem votum parentum illis sufficere debet, nam, ut dicit soler, voluntas Patris pro voluntate filii habetur, & reputatur. Resp. negando consequentiam, ad probationem dicendum, illud commune dictum verificari solum in his rebus, in quibus Pater esse caput filii, non autem in illis, in quibus se habet ut privata persona, & sunt ejusdem ordinis: sic autem res se habet in justificatione, & rebus ad salutem spectantibus, quod filius, & Pater sunt ejusdem ordinis, nec unus esse caput alterius; sed omnium caput est Christus, cuius omnes, & singuli sunt membra juxta illud Apost. Ro. 12. Multi unum corpus sumus in Christo, &c. Plura alia hic tractari solent de Baptismo, quae potius spectant ad Theologiam moralem, & quaestiones circa casus Conscientiae, ac proinde pro sequenti Tomo reservato, qui totus erit de Casibus conscientiae, & ultimus totius Theologici cursus, ubi Deo placebit.

QUESTIO OCTAVA.

De Sacramento Confirmationis.

216. De fide est, Confirmationis sacramentum esse unum ex septem novae legis sacramentis, & definitum est in Conc. Florent. in decreto de unionis Aemenuorum, secundum, & postea in Trident. sess. 7. can. 1. de sacramentis in genere, & can. 1. de confirmatione, quae veritas manifeste etiam ex Scriptura deducitur. Act. 8. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum. Eugenius IV. in Flor. cit. per manus impositionem intelligit Confirmationis unctionem, & per accipere Spiritum Sanctum, intelligit donum gratiae sanctificantis; ex quo loco evidenter colligitur, hoc sacramentum esse ad baptismum conditionatum, aut enim faceret textus de Apostolis loquens. Qui cum venissent, invocaverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum Sanctum, unde enim in quem quam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Jesu. Et hoc idem probatur pluribus, & expressis SS. Patrum testimonio Dionysii, Clementis Rom. Urbani I. Origenis, Tertulliani, Cyrilli, Paciani, Augusti, Gregorii, & aliorum, quorum verba passim Recentiores referunt.

217. Nec obstat, inquit Scotus 4. d. 7. q. 1. infra lit. C. quod ex nullo sacro Scripturae loco institutum huius sacramenti possit expressè, & efficaciter deduci; supponitur enim, institutum esse a Christo licet tempus, & modus institutionis in Scriptura non legatur, forte quia Historiographi scripturam usque ad tempus illud non produxerunt; nec est improbabile, inquit Doctor, multa esse tradita auctoritative a Christo Ecclesiae per Apostolos, quae tamen in Scriptura non legimus, ut dicit Damascenus lib. 4. cap. 4. & plura de fide credimus, quae ex Scriptura non constant, sed ex perpetua Ecclesiae traditione juxta illud Pauli 2. ad Thess. 2. Tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram; huius autem sacramenti institutum ex perpetua Ecclesiae traditione notum constat, quam nobis fecerunt plures Pontifices reliquerunt, & Patres, quos laetè referunt Recentiores, Bellarminus, Suarez, Amicus, & alii. Quamvis autem ex Scriptura non constet de tempore, & modo institutionis huius sacramenti, communis tamen, & satis probabilis opinio est, quod in nocte Coenae fuerit a Christo Domino institutum in qua Christus Apostolos instruxit de hoc, & de aliis sacramentis ministrandis, quam sententiam expresse tradidit Fabianus Papa Epist. 2. cap. 1. dum ait; in illa die Dominus Iesus postquam convexit cum discipulis suis, & lavit eorum pedes, sicut a sanctis Apostolis praedecessores nostri acceperunt, nobisq; reliquerunt. Christum intelligitur quod totum postea confirmavit Catechismus Romanus de Sacramento Confirmationis. Ubi tamen ad verendum est, quod licet ea nocte Apostolos docuerit Christum conferret, fides tamen rationabilis est, nemini eorum tunc temporis datam esse potestatem conferendi hoc sacramentum, quia nondum Apostoli in ultima Coena instituti erant Episcopi, ad quos tantum spectat hoc ministrare sacramentum; sed Christum eam Apostolis contulisse potestatem, & ab Episcopo consecratum; materiam vero proxima esse unctionem Christum, hanc autem unctionem fieri debere ad figuram crucis in fronte hominis baptizati cum impositione manus Episcopi; ita Scotus loc. cit. ab initio quaest. quod totum definitum fuit in Conc. Florent. & licet non habeatur in sacris literis expressam, tamen traditione ipsa Ecclesiae, & praxi factis constat, quae etiam sufficit ad reddendam rem, tanquam de fide certam. Et quidem quantum attinet ad materiam proximam, quod in unctione consistat, non enim ipsum Christum ostendit, quod hoc sacramentum solet etiam communiter appellari, nam Christum gratiae est latine unctio, & Paulus 2. ad Corinth. 1. inquit, qui confirmavit nos Deus, & pater noster. Ratione etiam explicat Doct. q. cit. in fine conventioniam materiam tempore, quia nimirum in Christum habet similitudinem cum effectu huius sacramenti, solum enim nitorem habet, & supereminet ceteris liquidis, & est materia proxima incendii; per primum significat castitatem, vel munditiam; per alia duo significat charitatem; & balsamum, quod habet bonum

ARTICULUS PRIMUS.

Quae sit essentialis materia huius Sacramenti.

218. In hac quaestione conveniunt Catholici omnes, materiam huius sacramenti remotam esse Christum, hoc est, oleum balsamo mixtum, & ab Episcopo consecratum; materiam vero proximam esse unctionem Christum, hanc autem unctionem fieri debere ad figuram crucis in fronte hominis baptizati cum impositione manus Episcopi; ita Scotus loc. cit. ab initio quaest. quod totum definitum fuit in Conc. Florent. & licet non habeatur in sacris literis expressam, tamen traditione ipsa Ecclesiae, & praxi factis constat, quae etiam sufficit ad reddendam rem, tanquam de fide certam. Et quidem quantum attinet ad materiam proximam, quod in unctione consistat, non enim ipsum Christum ostendit, quod hoc sacramentum solet etiam communiter appellari, nam Christum gratiae est latine unctio, & Paulus 2. ad Corinth. 1. inquit, qui confirmavit nos Deus, & pater noster. Ratione etiam explicat Doct. q. cit. in fine conventioniam materiam tempore, quia nimirum in Christum habet similitudinem cum effectu huius sacramenti, solum enim nitorem habet, & supereminet ceteris liquidis, & est materia proxima incendii; per primum significat castitatem, vel munditiam; per alia duo significat charitatem; & balsamum, quod habet bonum

bonum odorem, significat bonam famam juxta illud 2. Corinth. Christi bonus odor factus, balsamo enim corpore mortuorum condiantur, non putrefiant, ideo etiam in corruptione; per illam ergo materiam scilicet, Christum consecratum ex oleo, & balsamo significatur, quod confirmatus debet habere munditiam, & charitatem, & bonam famam, quia sine istis non est multum authentica confirmatio fidei Christianae. Sed pro maiori huius rei notitia restant aliqua difficultates enucleandae, in quorum solutione non omnes conveniunt.

219. Prima difficultas est, an manus impositio sit materia ad hoc Sacramentum, requiritur, quoniam Apostoli, ut ex eorum Actis colligitur, dum confirmabant, manus imponebant, quia dicitur Spiritus Sanctus, & baptizatos confirmabant super eorum capita manus imponebant; unde hoc Sacramentum ab antiquis vocabatur Sacramentum impositionis manuum.

Quidam antiquiores dixerunt solum Episcopalis manus impositionem esse materiam essentiali huius sacramenti, quod probat ex facto Apostolorum, qui ut legitur Act. 8. & 19. per solam manus impositionem hoc sacramentum ministrabant, nulla mentione facta de Chrismate, aut alia materia; ergo sola manus impositio est essentialis materia huius sacramenti; Consequentia patet, quia neque Apostoli potuissent absque essentiali materia hoc Sacramentum conferre, cum essentialis sacramentum materia ab Apostolis non pendat, sed a Christo, qui potestare excellenti materiae, & formam omnium sacramentorum instituit; ergo si Apostoli sola manus impositione uti sunt ad hoc sacramentum, sciendum, sola manus impositio est essentialis materia illius.

220. Dicendum tamen est, nullam manus impositionem ab ea conditionem, quae requiritur in ipsa sacri Christum unctione, esse essentiali huius sacramenti materiae; Ita Scotus loc. cit. in solutione ad primum objectionem sub lit. C. & fundamentum habet in Conc. Florent. ubi Eugenius IV. in decreto unionis Armenorum dicit, loci illius manus impositionis, Apostolica dicitur in Ecclesia Confirmationis Sacramentum, hoc est, sacri Christum unctionem; unde in Pontificali Romano huius manus impositionis nulla profus fit mentio praeter eam, quae Christum unctio in modum Crucis applicatur in fronte confirmandi, & eadem plane veritas ex ritu graeco colligitur, in qua etiam praeter Christum unctio nulla alia manus impositio adhibetur.

Ad fundamentum oppositae sententiae de facto Apostolorum ab initio sacris Ecclesiae Bellarm. lib. 2. de sacram. Confirmationis c. 9. cum Thoma Valdensi inquit, Apostolos etiam tunc temporis in conferendo hoc sacramentum semper fuisse Chrismate, ac proinde illam manus impositionem semper coniunctam fuisse cum Christum unctio, quia qui eo fideliter ungit, hoc ipse super eum manus imponit, quod probat, quia negari non potest, Apostolos usos fuisse Christum unctio, ut Dionysius, & Clemens Roman. testantur; tum quia eisdem unctionis meminerunt antiquissimi Praeterea, tum rei per traditionem accepta; tum tandem quia apud Patres idem est factum Christum, & impositionis manus, quod enim in uno loco appellatur Christum in alio vocatur manus impositionem; quae licet solutionem, & explicationem sacri Apostolorum ait Hiquus 4. d. 7. q. 1. in Commentario n. 75. esse alibi praefertendum, veluti quae maiorem dat efficaciam argumentis quibus contra haereticos probari solet veritas huius sacramenti ex Scriptura, & Patribus, ideoque videtur magis sequenda, quia neque ratio, neque auctoritas Scripturae, aut Patrum aliud cogit; Quod enim in Aemenu non legitur aliud, quam manus impositio ab Apostolis facta, nequit hoc interpretari exclusivè ad materiam, & formam a Christo institutam, alioquin infirmatum fundamentum probandi ex Scriptura hoc sacramentum, quod est inconveniens. Et quidem hae quoque explicatio mihi valde placet, nisi obstat auctoritas Conc. Florent. in decreto supra citato, dum ait loco manus impositionis, quae ut abutur Apostoli successisse in Ecclesia Confirmationem, hoc est, Christum unctio, etiam in his verbis notat Amic. d. 13. sect. 2. aperte significat Concilium aliam fuisse manus impositionem, quam tunc Apostoli adhibebant, ab ea, quae nunc utitur Ecclesia, alioquin non bene diceretur loco illius manus succedere Christum unctio, quia ut una res propter alteri dicitur succedere, debet esse diversa ab ea, cum nulla res sibi succedere dicatur.

221. Praestat itaque respondere cum Scot. loc. cit. hoc fecisse Apostolos ex singulari dispensatione, & speciali Christi privilegio, pro eo tempore, quo Spiritus Sanctus supra fideles fuit visibilibus signis descendebat, ut proinde tunc non erat necessaria sensibilis materia sacramentalis. Quando vero huiusmodi visibilia signa cessarunt, uti fuit in Apostoli Christum in huius sacramenti collatione quam etiam expositionem dedit D. Tho. m. q. 62. art. 2. & ut meliorem amplius Amicus loc. cit. Neque oppositum convincunt Bellarmini rationes, probant enim tantum aliquando utique Apostolos adhibuisse Christum unctio, in huius sacramenti collatione, quod ultra concedimus praesertim quando signa illa visibilia cessarunt, inquit Doctor, quibus Spiritus Sanctus visibiliter in confirmatos descendebat, probabile enim est non toto tempore Apostolorum durasse modum illum dandi Spiritum Sanctum

confirmatis visibiliter, & cessantibus talibus miraculis, debuerunt Apostoli materiam adhibere iam a Christo institutam; Et ultra iam addendum est, quod quando manuum impositio utebantur, non erat sacramentum, sed ex speciali dispensatione eo modo conferre, rem huius sacramenti scilicet Spiritum Sanctum, quod vero utebantur unctione Christum, & conferre gratiam Spiritus Sancti, tunc confirmatio illa erat factam, & licet manuum impositio à SS. Patribus Confirmatio appellatur, & sacramentum; non tamen erat verum sacramentum, sed sic appellabatur, quia rem Sacramenti Confirmationis conferrebat, sicut & Confirmatio nostra à SS. Patribus manuum impositio appellatur, quia eundem conferre effectum, quem illa manuum impositio conferrebat, quod totum bene notavit Faber disp. 27. cap. 2. ex qua doctrina etiam fati fieri potest Coniunctio oppositum sententi 7. q. 7. art. 3. dub. 2. de quo fuse Cent. disp. 2. cap. 2.

222. Secunda difficultas est, an materia Confirmationis sit Christum ex oleo, & balsamo compositum; quamvis enim concedat omnes ex his duabus partibus oleum quidem esse simpliciter de necessitate huius sacramenti, oleum in quo, commune, & naturale de olivis expressum, quod simpliciter in communi usu appellatur oleum; aliqui tamen dixerunt, quod balsami admixtio est quidem de necessitate praecipua, non tamen de necessitate sacramenti, solum ex praepcepto requirit balsamum in materia Confirmationis, quod quidem aliqui volunt esse divinum, alii vero Ecclesiasticum, & explicant eo modo, quo in sacramento Eucharistiae commixtio aquae in calicem est de praepcepto, ita quod si Episcopus confirmet adhibendo solum oleum à se benedictum, absque ulla balsami mixtione, sacramentum quidem valeat, licet ipse peccet; sicut in consecratione Calicis requiritur quidem ex praepcepto aqua vino mixta, tamen solum vinum est materia sufficiens ad validitatem consecrationis, & sacramenti, ita Cajetanus, Navarrus, Victoria, Valentia, Soto, Barbosa, Covarruvias, Baldius, & ex nostris Ferchius, & alii quamplures.

Fundamentum est, quia Innocentius III. cap. Pastoralis extra de sacramentis non iterandis, interrogatus an sacramentum Confirmationis in solo oleo collatum sit validum, respondit in talibus nihil esse iterandum, sed cautè supplicandum, quod incaute fuerat omisso; si autem balsamum esset materia essentialis Confirmationis, deest vel totum sacramentum in eo casu iterari; Deinde quia Eugenius IV. in suo decreto in Conc. Florent. ita dicit, aqua debere vno admisceri in sacramento Eucharistiae, sicut balsamum oleo in Confirmatione; sed hoc non obstante vinum, sine aqua est materia sufficiens in Eucharistia; ergo sic pariter oleum in Confirmatione sine balsamo. Rursus materia sacramenti debet esse clara, & certa, de qua nemo dubitare possit, ut patet in materia Eucharistiae, Baptismis, & tunc unctio, & aliorum sacramentorum; ad difficile est invenire verum, & genuinum balsamum, imò multi putant utriusque jam verum reperiri, siquidem jam olim Plinius lib. 12. naturalis historia notavit, in uno tantum, vel altero loco Orbis reperiri scilicet Iudaea, & Mesopotamia, hoc saltem ex omnium sententia certum est, illud facillimè adulterari solet, Denique materia sacramentorum debet esse communis, & facilis, nec constitui debet in liquore peritioso, & raro, qui non facillè invenitur, cum fides in huius, imò in primitiva Ecclesia vix credi potest, pauperibus tunc discipulos commoditatem balsami habuisse ad huius sacramentum usum.

223. Communis tamen sententia, à qua recedendum non est docet essentiali huius sacramenti materiam non esse simplex oleum, sed cum balsamo mixtum; Ita expresse D. Bonav. d. 7. p. 1. q. 2. a. 2. lenis, D. Thomas, & Doctor. loc. cit. dum ait materiam remotam huius sacramenti esse Christum compositum ex oleo olivarum, & balsamo, & hoc quidem de necessitate sacramenti, ut explicat ibi Faber, Hiquus, Poncius, Centurius, Brancatus, & alii Scoti praesertim cum omnibus fere Recentioribus, nec aliud post Florent. Concilium, nullatenus posse videtur, cum absolute docet loc. cit. materia huius sacramenti esse Christum ex oleo, & balsamo compositum; Nec explicari potest Concilium de necessitate praecipua vocari balsamum, non verò de necessitate sacramenti; Nam sic dicendo quoad verum posset in dubium materiae cuiuslibet sacramenti ex pluribus constantibus, quin etiam an oleum saltem olivarum sit necessarium, quia aliud sufficeret, vel nullum profus, sed solum balsamum vni; Tum quia Concilium ibidem materiam non necessariam, sicut & formam declarat, tanquam talia, ut v. g. quod mixtio aquae in calice sit tantum de praepcepto Ecclesiastico; quod consecratio in pane azimo, vel sacramentum petendè facit ad substantiam sacramenti Eucharistiae, & materiam eius, quod si vni sicut utatur in baptismo forma Latinarum, aut Graecorum, valide baptizat. Dum autem assignat materiam sacramenti Confirmationis loquitur absolute, & sine ulla limitatione asserens esse Christum ex oleo, & balsamo compositum, ergo intelligit de materia necessaria necessitate sacramenti; Unde omnino falsum est eodem modo locutum esse Concilium de mixtione aquae cum vino in calicis consecratione, & mixtione balsami cum oleo in Confirmatione, nam loquendo de materia Eucharistiae vini de vite ab solute dicit esse materiam, cui postea addit, ratione mysterii, aqua debere misceri, quae verba denotant solum vinum esse materiam, & postea addendum esse aquam veluti de necessitate praecipua.

repti; materiam vero Confirmationis aut esse non oleum, cui admisceretur balfamum, sed Christum ex oleo, & balfamo confectum.

224. Confirmatur ex Concil. Trid. sess. 7. can. 2. de Confirmatione, ubi supponit materiam huius sacramenti esse Christum, quod utriusque significat compositum ex oleo, & balfamo; licet enim Christum graece quodcumque significet unguentum, & quamcumque unctio-nem, ex usu tamen Patrum, & Doctorum Ecclesiarum pro composito ex oleo, & balfamo usurpatur, & in hoc etiam sensu Concil. Trid. illud usurpat; ut Romanus Catechismus exponit in eo loco; & quidem tale esse Christum significat apud Patres, pluri-bus Patrum testimoniis demonstrat Hiquens loc. cit. Quod etiam ratione suaderet, quia si Christum unguentum non significaret ex oleo, & balfamo compositum, sed oleum purum, & simplex, non magis hoc sacramentum, quam ex tremo unctio Christum appellari deberet, quia etiam materia extrema unctio est oleum.

225. Ad fundamentum opposita sententia bene respondens nostrae Sectatorum, nequaquam Innocentio intelligere potuisset, confirmatio-nem solo oleo collatam fuisse validam, & non iterandam, sed sola unctio-nem balfami supplendam; quia ad minus propter rei incertitudinem debebat in tali casu Confirmatio sub conditione iterari, & praeser-tim quia ipse dixit ex unctio canonica, Christum, quod ex oleo fit, & balfamo, esse huius sacramenti materiam; & quavis opinio oppo-sita probabilis esset, quia tamen materia sacramentorum non pendet ex opinione Doct. sed ex Christi institutione, debet omnino in eo casu saltem sub conditione Confirmatio iterari; Intelligit ergo Pontif. ut colligitur ex illa particula cautè non iterandam sacra-menti solemnitate ad evitandum scandalum, sed esse supplendum private dando sacramentum de novo quoad substantialia, quod alias fuit dubium, vel potius nullum. Ad 2. negatur maior, ut constat ex didis in probatione nostrae sententiae. Ad 3. dicitur, pro mate-ria huius sacramenti sufficere quodlibet balfamum, siue perfectum, quale dicitur esse Syriacum, siue imperfectum, quale reparatur In-dicum, ubi nascitur in magna copia; hoc enim quorsumvis sit, ad huius sacramenti materiam ut patet ex declaratione Pauli III. & Pii IV. & parum ad hoc refert, quod sit eiusdem, vel alterius speciei cu Syriaco, sicut nec refert de diversis vini speciebus pro materia Eu-charistiae, nam ad materiam consecrationis calicis sufficit vinum in genere, licet colore, vel aliis accidentibus unum cum alio non conveniat. Ad ult. opus non fuit, materiam huius sacramenti esse ita obliam, & communem, ut sit materia aliorum, quia non est ta-ta necessitas ad salutem sicut alia, siquidem non est necessarium necessitate media, ut Baptismus, & Penitentia, neque necessitate praecipua, ut Eucharistia, & cum balfamum in modica quantitate suffi-ciat, facile haberi potest praesertim Indicum, quod in magna copia ex India defertur; imò & Apostoli eorum paupertate non obstante, ac primi fideles in tam modica portione balfamo Syriaco uti potue-runt, & maxime in Palestina, ubi liquor abundat, vel saltem tunc temporis abundabat; vide apud Cent. disp. 1. c. 2.

226. Tertia difficultas est, an Episcopalis benedictio Christum ingrediatur essentialiter materiam huius sacramenti. Negant ali-qui asserentes, consecrationem Episcopi esse necessariam necessitate tantum praecipuum, non vero sacramenti; quod probant, tum quia haec Christum benedictio est aliquid sacramentale ab Ecclesia in-finitum, sicut est benedictio aquae baptismalis; tum quia eodem Christum ab Episcopo benedictio inigitur baptizandus, & confir-mandus; sed respectu baptizandi est pura caeremonia ab Ecclesia in-finita, ergo etiam respectu confirmandi; unde deducunt, quod sicut respectu baptizandi sufficeret Christum a simplici Sacerdote benedictum, ita respectu confirmandi; hanc sententia docent Palu-danus, Capreolus, Cajetanus, Soto, Palatius, Valentia, apud Ami-cum disp. 13. sect. 2. cit. pro qua etiam Scoti nostri in citat. q. d. 6. q. 1. paulo post in initium, sed falso omnino, quia ibi expressè oppositum docet, postquam enim ab initio questionis dixerat, materiam remota huius sacramenti esse Christum compositum ex oleo olivae, & balfamo, & sanctificatum specialiter ab Episcopo; paulo infra urget contra hanc objectionem, quae est in ordine secunda ex tribus, ab ipso allatae, quae talis est; non oportet, Christum esse confectum, quia nec in baptismo necessaria est aqua confecta, sufficit enim quocumque aqua; Et respondet sub lit. D. quod Christus contactu sui carnis mundissimae omnem aquam consecravit in usum bap-tismi, non sic autem materiam illam consecrationis, & ideo requiri-tur hic specialis consecratio, & sanctificatio, quod etiam est ratio-nabile magis, hic, quam ibi; quia baptissimus est sacramenti necessi-tatis, & ideo potest a quocumque Ministro confecti, & rationale est, quod in aqua non consecrata, alioquin materia conveniens non posset esse communis, & impeditur falsus multorum, & haec ibi Do-ctor, quibus expressè constat, falso pro hac sententia citari.

227. Communis sententia docet, consecrationem Episcopi esse necessariam necessitate etiam sacramenti; & materiam essentialiter adaequatam huius sacramenti esse Christum ab Episcopo confectum, vel saltem, tanquam ab ordinario consecrante, ita quod si simplex sacerdos attentet, Christum consecrante, nihil facit; ita Faber, Aretin-us, Hiquens, Ponticus, Centinus, Brancatus, & alii Scotista; pas-sim cum tota Recentiorum caetera; Et quidem quod Christum

debeat esse confectum constat ex Flor. cit. in predicto decreto de unione Armenorum ubi dicitur verbis ait, materiam huius sa-cramenti esse Christum per Episcopum benedictum; constat etiam ex communi Ecclesiae praxi, & Patrum hoc Christum appellantiu factum, ac sanctum unguentum esse autem factum, ac sanctum Epi-scopi benedictione; Hoc idem probat Catechismus Romanus rap-tionem iam ex Scoto innuata h. s. verbi; Consecratur autem Chris-tum solemnibus caeremoniis ab Episcopo, ita enim Salvatorem nos-trum decevit in extrema Cena, cum Christum consuecendi-tationem Apollolis commendaret, Fabianus. Pontifex tradidit, quia in plerisque aliis sacramentis Christus ita eorum materia in-stituitur, ut sanctitatem quoque illi tribuerit, non solum enim aqua elementum baptismi esse voluit, sed cum ipse baptizatus esset, effi-cit, ut ea deinceps vi sanctificandi praedita esset, quoniam igitur Dominus hanc consecrationis materiam usi ipso, & tractatione non sacravit, necessarium est, ut sanctus, & religiosus praecationibus consecratur, ita Catech. Rom. & est, quod Scorus dicebat loc. cit. quod Christus contactu sui carnis mundissimae omnem aquam con-secravit in usum baptismi, non sic autem materiam consecrationis. Quod autem haec Christum consecratio fieri debeat ab Episcopo, tanquam ab ordinario consecrante, docet idem Catech. Flor. & Catech. Rom. d. inquit, Neque enim ad alium ea consecratio, si ad Episcopum pertinere potest, quia eiusdem sacramenti ordinarius Minister esse constituitur, unde Conc. Tolet. 8. hanc consecrationem Christi Praes. expresse prohibet, & idè habetur Can. Praes. 26. q. 6.

Ex qua doctrina facile diluitur opposita sententia fundamen-tum, assignando disparitatem de benedictione christum, & aquae baptismalis; ideo enim benedictio aquae baptismalis, sed etiam be-nedictio Christum, quod baptizandi unguentum, est sacramentale quoddam, quia talis benedictio non fuit illi Christo infinita, sed ab Ecclesia ordinata, & consequenter non fuit illa validus esse potest ab ipso Christo infinita, quod unguentum confirmandus, est ab ipso Christo infinita, ut constat ex Concil. & Patribus citatis, & ideo sine ipsa valida esse nequit Confirm. sacramentum, Neque novum est, ut quod est substantiale respectu unius sacramenti, pos-sit esse accidentale respectu alterius; nam invocatio sanctissimi Trinitatis est essentialis forma baptismi, non sic in aliis sacramen-tis; & aqua essentialis est in baptismo, accidentalis vero materiam calicis, ut notat A micus loc. cit.

Duae aliae difficultates.

228. Quarta difficultas est, an saltem per dispensationem Pontifi-cis possit Christum consecrante simplici Sacerdote committi; Ne-gant Suar. Coninch. Barbofa, Baldus; Aversa, & alii quia plures, ac etiam ex nostris Ponticus, & Faber loc. cit. fundamentum est, quia benedictio facta ab Episcopo est de essentia huius sacramenti, ut dictum est, & de iure divino ut indicat Fabianus Papa citi, qui reita-tur, Christum in ultima cena Apostolos docuisse Christum consec-rare; ergo Christum consecrante de iure divino ad solum Episcopum pertinet, non potest Papa hanc potestatem extendere ad simplicem Sacerdotem.

Conferunt quoniam Concil. & Canon. ut modo vidimus, consecra-tionem Christum prohibent Praes. & Catech. Rom. inquit, Ne-gad alium ea consecratio, nisi ad Episcopum pertinere potest. Denique quia tamen si aliquando dispensatum sit in huius Sac. admini-stratione, nunquam tamen dispensatum legitur in eiusdem materiae con-secratione, unde Concil. Florent. supponit, utique; aliquando dispensa-tum fuisse in ministro huius sacramenti, nunquam tamen dispen-satum, ut dispensari posse in materia consecratione, sic enim lo-quitur, legimus, aliquando per Apollolis sed eius dispensationem exco-municabilis; Et urgente causa simplici Sacerdote consecrante per Epi-scopum consecratio hoc administrasse Confir. sacramentum, ubi quan-vis concedat, dispensari aliquando posse, per simplicem sacerdotem hoc Sacram. ad ministrari non tamen coeedit, hoc ipsum admi-nistrari potuisse Christum ab ipso Sacerdote esse, sed a solo Episc.

229. Opposita sententia docet, iure divino utriusque solum Episcopum posse ordinari verum Christum consecrante, nihil minus ta-men posse summum Pontificem hanc potestatem simplici Sacerdoti delegare, ita Calet. Victoria, Soto, Valentia Am. & alii Recentiores, & haec dubio procul fuit Scoti sententia loc. cit. ubi initio questionis dicit, Christum debere esse specialiter ab Episcopo consecratum, vel ab alio, cui talis sanctificatio poterit committi, quae ibi sequuntur Aretinus, Hiquens, Brancatus tra. 3. d. 2. art. 3. & alii Scotista; et germanam Scoti sententiam, Probatur efficaciter, quia non potest sufficiens ratio reddi, cur summus Pontifex potuerit aliquando in casu necessitatis administrationem huius sa-cramenti simplici Sacerdote committere, ut testatur Florentinum citatum, & non possit eiusdem materiae consecrationem committere, cum magis sit illud, quam hoc.

Resp. Faber negando, magis esse concedere facultatem simpli-ci Sacerdoti, ministrandi hoc sacramentum, quam consecranda Christum, quia materia sacramenti debet esse invariabilis, benedi-ctio autem Episcopi est de essentia huius materiae, & ideo variari non potest.

potest, non ita est de ministro, quia in aliis sacramentis praeter Ministrum ordinarium potest sacramentum quandoque ab aliis ministrari, ut patet de baptismo, in quo tamen materia, & forma est invariabilis.

Sed haec responsio principium petit, & supponit, quod contro-vertitur, & est ni questione, nimirum benedictionem Episcopi esse de essentia, tanquam ministri essentialis consecrationis; hoc enim est, quod in praesenti quaeritur, an solus Episcopus sit Minister es-sentialis consecrationis, aut alteri talis consecratio committi nequeat an vero Minister duntaxat ordinarius, & quidem quando in solu-tione praecedentis difficultatis diximus, 227. benedictionem Epi-scopi esse necessariam necessitate etiam sacramenti, declaravi mus ibi, Christum debere esse consecratum ab Episcopo saltem, tanquam ab ordinario consecrante, non autem tanquam a consecrante es-sentiali; Neque benedictio olei proprie loquendo est materia huius sacramenti, sed tantum Christum, hoc est oleum cum balfamo mixtum, ut dictum est in solutione secunda difficultatis, 223, sed benedictio olei est tantum dispositio, & dedicatio materiae, Et hinc deducitur, magis esse absolute loquendo concedere facultate ministrandi hoc sacramentum, quam consecranda Christum; nam potest dispensandi, seu delegandi facultatem ministrandi sacra-mentum, includit potestatem etiam dispensandi, & delegandi facultate benedicens Christum, sic potestas in fine includit potesta-tem in medio; etenim consecratio christum, est propter usum eius in sacramento, ideoque hic est altior, quia immediatus ad sa-nctificationem accedit, & effectum sacramenti, benedictio autem olei est tantum dispositio, & dedicatio materiae, ut dicebamus.

230. Resp. alii, quod in facultate ministrandi hoc sacramentum legitur, aliquando fuisse dispensatum, non autem in facultate be-nedicens Christum; Sed neque illi sufficit, hoc enim non probat potestatis defectum in Ecclesia, & eius capite, sed negationem duntaxat facti; sicut ergo sola facti negatio non arguet defectum potestatis in summo Episcopo capite, atque non arguet in Ministro huius sacramenti dispensandi, ita neque modo sola facti negatio in dispensatione consecrationis materiae defectum potestatis in summo Pontifice arguet defectum. Accedit, nec leve fundamentum dispen-sationis etiam in hoc aliquando facte ex Concilio haberi; nam in Tolet. Primo c. 20. habetur in aliquibus locis, vel provincis Pres-byteri dicuntur Christum consecrante, placuit ex hac die, nulli alii nisi Episcopum Christum consecrante; ubi ut patet, loquitur Concilium non de administratione huius sacramenti, sed de consecratione dunta-xat materiae; Nec valet quorundam responsio, Concilium hoc factum non approbasse, sed potius reprobasse, quia prohibuit; Nam eo ipso, quod factum iterum non declarat, neque repetendam esse Consecrationem ex tali christum facta, nam supponit, cum legitima primam auctoritate consecrationem illam fuisse in eas provincias inductam, quom deinceps legitima de causa abrogat; quod si putasset, Episcopalem consecrationem ad validitatem sa-cramenti essentialiter requiri, diligenter providisset, ut confirmati Christum per simplicem Sacerdotem benedictio, iterum confir-mantem, ne desperet fructu huius sacramenti desisterentur.

231. Deinde potestum ad verum sententiam fundamentum est, quia Concilia, & Canones declarant, hanc esse propriam Episcopi functionem, & prohibent, illam a Presbyteris esse exercendam, sed non solum illi assentit de consecratione christum, sed etiam de eius ministerio in sacramento, ut constat ex didis; ergo si ex Florentino, & Pontificio facto hoc sufficienter interpretatur, ut Concil. & Canones predicti prohibentes, vel assentes, non liceat minist-rari Christum a simplici Sacerdote, intelligunt de administratione ministri duntaxat ordinarii, non autem essentialis; & securum facultatem quam habet Minister ordinarius non vero in casu dispensationis, & delegationis per Ecclesiam factae, plane sic etiam poterunt intelligi, & interpretari commode de consecratione christum a simplici Sacerdote non faciendam; Denique Mini-sterium sacramenti magis est determinatum divina institutione, quantum ad materiam, formam, & ministrum, quam benedictio christum; quia haec non habet determinatam formam, aut ritum, nisi ab Ecclesia, & diversa est secundum diversam Ecclesiarum ritum; materia vero, & forma determinata sunt a Christo, sicut & minist-ter ordinarius, nempe Apostolus, & eorum successores, ut Patres, & Concilia testantur, ergo magis congruit, potestatem esse in Eccl. delegandi facultate benedicens Christum, quam ministrandi hoc sacramentum, quae est superioris ordinis, & magis decretum, tate.

232. Ad fundamentum Adversarii patet ex praecedenti doct. jam enim dictum est, quod sensu benedictio facta ab Episcopo sit de essentia huius sacramenti, nimirum tanquam ab ordinario consecrante, non autem tanquam a consecrante essentiali; & Fabianus Papa loc. cit. dixit, utique Christum in ultima cena Apo-solos docuisse Christum consecrante, non tamen dixit, per dispensatio-nem Summi Pontificis simplici Sacerdote committi non posse, ut Christum consecrati, Ad Conf. ex quo, quod Concilia, & Patres christum consecrationem simplici Sacerdote prohibebant, non bene deducitur, hanc potestatem esse communicari non posse, nec etiam per Summi Pontificis dispensationem, sed solum quod illi ordina-

rio iure non competat, ita se declarat Catech. Rom. loc. cit. dum inquit, Nequid alium ea consecratio, nisi ad Episcopum pertinere potest, qui eiusdem sacramenti ordinarius Minister institutus est. Ad ul-timum falsum est, nunquam dispensatum fuisse in consecratione mate-riae, ut constat ex Conc. Tolet. Nec obstat, quod Florent. dicat, aliquando ex concessione Sedis Apostolicae simplici Sacerdote hoc sacramentum ministrasse, sed ex christum ab Episcopo consecrato, hoc enim non probat, quin etiam eodem committi possit ex eadem auctoritate facultas consecranda Christum; licet non fuerit haec facultas concessa in eo casu, de quo ibi loquitur, quod nimirum a B. Greg. Papa facultas ministrandi hoc sacramentum Pres-byteris Sardiniae concessa fuit; nimirum quia non expedit consecrari-um extedere contra iura, nisi inquantum causa, & casus necessita-tis exigat ea extendi; congruum autem non erat in eo casu exten-di, quia Sardiniae Presbyteri, commode ex Urbe, aut ab aliis locis vicinis Christum consecratum quocumque annis habere poterunt.

233. Quinta tandem, & ultima difficultas est, an sit de essentia propinque materiae Confir. quod unctio, & cognatio fiat in fronte confirmandi, diximus enim ab initio articuli cum Scoto, & aliis, materiam proximam huius sacramenti esse unctio-nem christum, & hanc unctio-nem fieri debere ad modum Crucis in fronte confir-mandi; Et quidem unctio-nem esse huius sacramenti proximam materiam passim omnino concedunt, quia in omnibus sacramentis quae in usu consistunt, proxima materia est actualis applicatio materiae remota circa suscipientem; & quia materia remota Extre-mae Unctio-nis est oleum benedictum, proxima materia eiusdem est unctio olei in praecipuis sensibus infirmi applicata, & quia mate-ria Baptismi remota est aqua, proxima materia eiusdem est actualis ablutio baptizandi; ita igitur in proposito, quia materia remota Confir. est Christum, proxima materia eiusdem est unctio christum, quod talis unctio, & cognatio fiat ab Episcopo in fronte confir-mandi. Nonnulli dixerunt, hoc esse necessarium tantum necessitate praecipua Ecclesiae, non sacramenti, & consequenter quocumque plo-co, vel parte corporis fiat unctio, factum tenere, licet peccet sic administrans, sicut baptismi ablutio, licet ordinarie fiat in capite baptizandi, potest tamen fieri in alia corporis parte, saltem prin-cipali; & praesertim in casu necessitatis Ledesma q. 27. ar. 9.

234. Communis tamen, & vera sententia docet, de necessitate huius sacramenti esse, quod unctio fiat in fronte confirmandi; qua-vis enim hoc non explicetur in forma traditionis praecipuae, & usus docet, id esse necessarium, non solum necessitate praecipua, sed etiam sacra-menti; & ita expressè docet Doct. in hac ipsa questione ab initio, ubi in definitione Confir. ponit hanc particulam, quod sit unctio hominis vultus facta in fronte, nihil autem in definitione datur nisi quod censetur esse essentialis; & ita ibidem docent Fabr. Aretin-us, Hiquens, & alii Scotista; & Antiquiores, ac Recentiores passim; Hoc autem constat ex praenota, & praxi Ecclesiae funda-ta in auctoritate Patrum, & Conciliorum, & huius rationem assignat Eugenius Quartus in decreto fidei in Florent. cit. dicens, Ideo in fronte, ubi veraciter sedes est, confirmandus unctum, ne Christi nomen confiteri erubescat, & praecipuum Crucem eius, quae be-dicta est, scandalum. Genibus autem stultitiam secundum Apollolum, propter quod Crucis signo signatur, quibus ultimis verbis indicat, quod etiam signatio in figura Crucis est eodem modo necessaria, propter quod etiam haec particula a Scoto in definitione Confir. inseritur; voluit enim Christus regio signo Crucis, tanquam militari nota suos Athletas insignire, ut omni erubescencia de-polita, libera fronte illum coram hominibus profiterentur.

Dices antiquitatis iuxta consuetudinem, & ritum Ecclesiae Orientalis confirmandus non solum ungebatur in fronte, sed etiam in oculis, naribus, ore, & auribus, ut habetur apud Cyrillum Hiero-solimit. cathec. 3. & apud 6. Synodum generalem Can. 95. Resp. quod licet tunc temporis, iuxta ritum Ecclesiae Orientalis unctio fieret etiam in aliis corporis partibus, sola tamen unctio frontis erat essentialis, reliquae vero adhibebantur, tanquam caeremoniae acci-dentales; unde etiam tunc temporis, ut referunt Patres, prima unctio fiebat in fronte, tanquam essentialis, in aliis vero partibus ac-cessoriae fiebat ab maiore expressionem effectus sacramentalis.

ARTICULUS SECUNDUS.

Qua sit essentialis forma huius sacramenti.

235. Scorus loc. cit. d. q. ab initio inquit, quod forma huius sa-cramenti est talis. Signa te, vel configno te signo Crucis, con-firmo te christum salutis, vel sanctificationis in nomine Patris, & Filii, & Sp. S. Et hanc esse sufficientem formam, est de fide ex Florent. ex Pontificio Rom. & ex communi Patrum, & Theolo-gorum, & etiam habetur ex Ritualibus antiquissimis, quos citant Alcuinus, & Amarinus, qui floruerunt octingentis, & hinc an-nis, unde de eius sufficientia dubitari non potest, cum Ecclesia in doctrina sacramentorum errare nequeat; ut notat Doct. disp. 6. q. 9.



